


Gregorius eps seruus seruor[um] Dei. Venerabili patri Petro Epo Conchen Province nre marce Incomtan pro nobis
et Roman ecclia fecerit. Salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis pro parte dilector[um] filior[um] vniuersitatis Terre nre Montissanti firmam
dioc[esane] petiti[on]e continebat q[uo]d nonnulli homines habitatores et h[ab]itantes Terre nre non ut clericaliter uiuant sed ut possint defraudare pre
ditos vniuersitatem et ut non compellantur ad soluendum datia et collectas cum alijs personis de vniuersitate predicta se fraudulent[er]
faciunt ad minores ordines promoueri ac nominibus suis emunt possessiones pro se et eor[um] parentibus quas in fraudem asserunt ad se
pertinere ne pro illis compellantur dicti parentes huiusmodi datia et collectas cum alijs personis de dicta vniuersitate persolvere. Quare
pro parte ditos vniuersitatis nobis fuit humiliter supplicatum ut provide[re] eis super hoc de oportuno remedio de benignitate apostolica
dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati firmitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus uocatis qui fuerint
euocandi et auditis hinc inde propositis quod iustum fuerit summ[us] et de plano sine strepitu et figura iudicij appellatione remota
decernas faciens quod decernas per censuram eccl[esi]asticam obseruari. Teses autem qui fuerint nominati si se gratia odio uel timore sub
traxerint censuram simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Non obstante si aliquibus communit[er] uel diui
sim a sede apostolica sit indultum q[uo]d interdicta suspendi uel excommunicari aut extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint per
has apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat[um] In agn[e] non nouembre
Pontificatus nri Anno Septimo

Gregorius



Francis de Scompto :- &
[Signature]



Commissarius
Le P. M. C.
Greg. XI.
N. 10. 15. 1344

Contra clericos hereticos ordinis minorum
fraudem Coss.

